

- 41 Conser sua patris decedentis in vita filij, cui dedit licentiam ad testandum, praiudicat ceteris filijs.
- 42 Frater non admittitur contra testamentum fratris, nisi turpi persona instituta.
- 43 Mater potest approbare testamentum filij in praiudicium aliorum filiorum.
- 44 Pater an possit licentiam & consensum a se praestitum filio ad testandum reuocare, & n. seqq.
- 45 L. si. C. de pact. declaratur.
- 46 Primogenium a duobus constitutum, an possit per superstitem altero defuncto reuocari?
- 47 Iure Regio quid hodie in hoc dicendum sit?
- 48 Marito constituyente maioriam de re uxoris cum ipsius consensu & postea reuocante talem maioriam, ad quem pertineant res maiorae?
- 49 Pater quod possit reuocare consensum & licentiam a se praestitam filio ad testandum.
- 50 Praterquam si adesset iuramentum, quia tunc non possit reuocare.
- 51 Filius vel pater no potest post mortem testatoris consentire in grauamen in sua legitima, appositum in praiudicium filiorum, licet possit in praiudicium sui ipsius?
- 52 Praesentia eius, cui sit renuntiatio hereditatis, an requiratur ad validitatem ipsius renuntiationis iuratae?
- 53 Donatio gratuita an hodie iure Regio acquiratur absenti taliter, quod reuocari non possit ante acceptationem etiam?
- 54 Donatio absenti facta quotiescunque notarius nomine ipsius stipularetur & acceptaret eam, an possit reuocari ante ratihabitionem absentis?
- 55 Donatio facta cum iuramento de non reuocando eam, an possit reuocari ante acceptationem.
- 56 Per traditionem scripturae donationis, vel tit rei donatae videtur tradita possessio ipsius, & donatio erit certa, & non perturbabitur.
- 57 Donatario decedente sine acceptatione, donationis heredes ipsius an possint acceptare donationem vel e conuerso decedente donatore ante acceptationem donatarij, an donatarius possit postea acceptare donationem inuitis heredibus donatoris.
- 58 Donatarius si sit praesens tempore donationis, an requiratur acceptatio.
- 59 Quoad validitatem donationis, siue primilegi, sola scientia donatarij, sufficit non vero, quoad irrevocabilitatem ipsius, quia ad id acceptatio quoque requiritur.
- 60 Donatio facta alicui ita, ut post certum tempus acquiratur Ecclesia, vel alteri pio loco, an possit reuocari a solo donatore, antequam ab Ecclesia, vel pio loco acceptetur, remissive.
- 61 Renuntiatio cum iuramento, de qua in hoc text. intelligitur habere locum si renuntians delata fuerit hereditas, alias secus.
- 62 Renuntiatione hereditatis materna facta cum iuramento in fauorem patris tantum, vel patris, & suorum hereditum, an hereditas praedicta post mortem patris pertineat ad filios duorum, vel trium matrimonior. vel ad eos tantum, qui fuerint ex eo matrimonio, ex quo fuit renuntians, remissive.

Textus in Capit. Quamvis pactum, de Pactis lib. 6.

Secundus casus principalis, in quo iuramentum confirmat actum, alias de se inualidum, est in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. cuius verba sunt haec: Quamvis pactum patri factum a filia, dum nuptus tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex civilis: si tamen iuramento, non vi, nec dolo praestito firmatum fuerit, ab eadem omnino seruari debet cum non vergat in aeterna salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum.

Text. hic non eget sumario, quia breuiter seipsu summat, & materiam eius Doctores plurib. in locis declarat. Praecipue Montal. in l. si. tit. 11. lib. 1. for. verbo, Otorgare, Georgius Natta & Cou. hic super hoc tex. qui longa comentaria ediderunt, & ideo ipse ne videat potius relator, quam inuictor, calammum in huius tex. enucleatione non protendam, quia bene enucleatus est per supradictos. Sed quia ipse iam supra, vnu casum potissimum declarauit, in quo iuramentum confirmat actum alias nullum, & in eo posui & constitui breuem repetitionem super authentica sacramenta pueri, C. si aduers. vendit. & alius & secundus casus potissimus sit in hoc, C. quomodo pactum, in quo iuramentum etiam confirmat actum nullum & reprobatum a iure civili, ideo a se declarandum tex. hunc, & nonnulla circa eius intellectu praefigere placuit, breuiter quidem & resolutiue, ac satis distincte, quia quotidiana & practicabilia sunt, quae in hoc capite traduntur, reliqua consulto missa facimus, contenti breui repetitione. Et in expositione huius capitis & materiae huc ordinem seruabo, scilicet, declarabo vnamquamque particulam eius sigillarim, & nonnullas quaestiones practicas annectam, vsque ad verba finalia huius text. Adest igitur hic secundus casus, in quo iuramentum robur viresque praestat actui alias inualido, imo per legem civilem reprobato, scilicet, pacto de non succedendo: Nam si illi iuramentum superaddatur, cum tamen non vis, nec dolo intercedat, seruari omnino debet huiusmodi pactum, cum non vergat in dispendium salutis aeternae.

Et primo dicitur in hoc textu: Quamvis pactum patri factum, &c. Verba haec duabus orationibus seruiunt, scilicet, quod lex civilis improbet huiusmodi pactum, & quod iure canonico per text. hunc iuramento confirmetur, si non vi, nec dolo praestitum fuerit iuramentum. Quantum ad primum, lex civilis, quae improbat hoc pactum, est lex pactum dotali, C. de collat. & l. pactum, quod dotali, C. de pactis, quarum legum rationes congerit Couarruias hic in 3. part. in princ. n. 1. Quantum ad secundum de iuramento, haec decisio noua est in sua specie, quamvis in genere possit confirmari per plura capita iuris canonici, scilicet C. licet mulieres, de iur. lib. 6. & in cap. quibus cum contingat, de iureiur. in cap. & in cap. debitores, eod. tit. cum similib. cauetur, quod iuramentum, quod potest seruari sine periculo animae, est seruandum.

Sed primo circa haec verba, & particulam tex. quero de optima quaestione, quae multum conuenit nostrae materiae, & semper vertitur in pract. An quemadmodum huiusmodi pactum factum patri valet, ita etiam valeat, si non fiat ei, sed fratribus & sororibus renuntians: In quo vera & communis resolutio omnium est, per quam opiniones Doctorum, quae videbantur contrariae, reducuntur ad concordiam: Quod siquidem in hac renuntiatione interuenit consensus patris, in quo perseverauit vsque ad mortem, valet quidem renuntiatione: si vero non interuenit consensus patris, tunc est nullius momenti, argum. text. optimi in l. si. C. de pact. ita tenet & concludit Greg. Natta hic, n. 7. & Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, n. 12. ad ff. de verb. oblig. & Couar. in presenti, in 3. part. in princ. nu. & hoc modo intelligendus est Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus, in d. limit. ad l. Regiam, n. 3. ff. de inoff. testam. qui videbatur tenere contrarium, imo quod non valet huiusmodi pactum fratribus factum, etiam cum iuramento, nam intelligitur non accedente consensu patris, secus si adit: Vnde dum text. noster inquit, patri factum, suppleendum est, idem esse si fratribus fiat cum consensu tamen patris in eo perseverantis vsque ad mortem.

Vnde inferitur, quod etiam si ipse pater semel praestiterit

sterit hunc consensum, si tamen postea reuocet huiusmodi pactum etiam iuratum non valebit, & filia, eo non obstante, poterit patri succedere: haec est vulgata doctrina Bald. in c. ad nostram, el. 1. n. 9. de iureiur. & licet Ial. in d. l. si. n. 13. C. de pact. reprobet eam, tamen opinio Bald. est verissima, communis & tenenda, vt plures referens testatur Couar. vbi supra, nu. 7. & 8. & praeter eum Ant. Gom. in l. 22. Tau. nu. 31. testatur etiam communem plures referens & pluribus modis amplians Mench. lib. 3. conuener. vsusfreq. cap. 44. nu. 9. & sequent. & nouissime eam sequitur plures referens Doctor Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 3. nu. 4. pro quo meo iudicio est tex. in d. l. si. C. de pact. vbi probatur, quod ad hoc, vt valeat pact. de futura successione, requiritur, quod is, de cuius hereditate agitur, consentiat, & in eodem consensu vsque ad mortem suam permanferit: alias si non permanet, nullum est pactum.

Iuncta t communi opinione gl. & Doctorum in d. l. pact. dotali, C. de collat. & in d. l. fin. & in d. l. stipulatio hoc modo concepta, quae habet, quod in casu d. l. si. etiam iuramento non firmatur pactum, & fundamentis Ial. qui tenebat contrarium, responderet & satisfaciunt bene Roder. Suar. & Ant. Gom. vbi supra. Bene verum est, quod Couar. vbi supra, n. 8. in 4. & 5. casu fil. 110. existimant, sub dubio tamen, quod quando pactum huiusmodi fit fratribus, consentiente patre, vel quando ipsi fratres inter se paciscuntur cum consensu patris de ipsius hereditate certis portionibus diuidenda, licet ipsemet pater postea reuocet consensum suum: Attamen virtute iuramenti filia erit exclusa ab huiusmodi successione, & in secundo casu fratres tenentur stare pacioni a se iniurata cum consensu patris, licet sit reuocatus consensus ex eo, quod pactum hoc valuerit cum consensu patris absque iuramento, vt in d. l. si. C. de pact. vnde licet pater reuocet consensum, & sic pactum non valeat, remanet tamen iuramentum, quod aliquid debet operari, & sic ipse Couar. limitat censet doctrinam Bald. supradictam, & receptissimam & verissimam, his duobus casibus.

Sed certe miror, virum grauissimum doctissimūque quod hanc opinionem tenere tentauerit. Nam praeterquam, quod isthaec sua opinio est contra communem opin. Bald. suprad. & contra aliam etiam communem opin. cuius etiam supra meminimus, quam habet: Quod iuramentum non confirmat pactum, de quo in d. l. si. est iuramentum praeterea contra d. l. si. vbi requiritur perseverantia consensus, quia alias pactum interpositum improbum & contra bonos mores existimatur, & ideo iuramento non firmatur, & est etiam omnifundamento delictura, cum sciamus, quod quando ex natura contractus ei inest aliqua conditio, eadem etiam inest in iuramento super contractu interposito, & iuramentum non subsistit neque operatum suam firmitatem, sed fortitur naturam contractus, super quo interponitur, vt in l. si. C. de non numer. pec. quem text. in hoc considerat Bald. in c. que in Ecclesiarij, n. 52. de constit. & Ias. in l. qui pecuniam, col. pen. ff. si cert. pec. & ipsemet Couar. in loco, vbi eum reculi supra, in primo casu principali, scilicet, in repet. tex. in authent. Sacramenta, puerum, n. 26. vnde nimirum, si hoc casu iuramentum nihil operetur, & ita cum alijs Doctorib. in his proprijs terminis & casibus, tenet contrarium aduersus Couar. licet eum non referat Ant. Gom. vbi supra, & nouissime late probans tenet in hoc contra Illust. Episcopum Mench. vbi supra, n. 13. & 14. quem non legeram, nisi post primam huius operis editionem, & idem facit nouius D. Molin. vbi supra, n. 4. & est sine dubio.

Vnde inferitur, quod posse quidem patrem praestare licentiam & consensum, vt filius renuntiet cum iura-

mento hereditati a se profecture in fauorem alterius filij, vel duorum, hoc est, fratrum renuntiare volentis, etiam alijs filijs praeteritis, vel praetermissis: nec enim filius, vel filij praetermissi, vel praeteriti, habebunt ex hoc causa aut jus quereladi de de licetia & consensu patris ex eo, quod pater praestiterit d. cosesū, vt filius renuntiare in fauorem reliquorum fratru, se praeteritis, quandoquidem nullum prejudicium in hoc eis fecerit, cum pater ipse nihil haberet in legitima sibi renuntians, neque aliquid ex ea poterat sibi acquirere, vt in eo omnes filij haberent partem, sed tantum habet & debet praestare consensu & licentiam ad validitatem pacti & renuntiationis, quia legitima, quae renuntiatum cum consensu patris, est propria ipsius filij sibi competitura in bonis patris post ipsius patris obitu, & etiam si pater non praestaret praed. licentiam & consensum, & sic renuntiatio fieri non posset, & facta esset nulla, adhuc patris nihil remaneret neque acquireretur ex legitima sui filij volentis renuntiare, vel renuntians, na est propria filij, & licet viuente eius patre de ea non possit disponere absque ipsius consensu, tamen post eius mortem libere poterit disponere in quemcumque velit: Vnde pater praestando consensum & licentiam filio vel filiae, vt renuntiet suam legitimum, sibi competituram in bonis ipsius in quendam, vel quosdam alios ex filijs, non facit injuriam alijs filijs, cum imo legitima ex bonis patris sit quasi debita filio in vita patris, iuxta gl. communiter approbatam in l. 3. C. de iur. & fact. ignor. & ipse filius reputetur quasi dominus patre viuente in bonis ipsius, vt late diximus in repetitione 3. sui, Inst. de hered. quali. & differ. in 1. ampliat.

Sed contra hanc opinionem & illationem obest doctrina Bald. in l. pactum dotali, C. de collat. in 8. q. n. 6. vbi inquit, quod si soror renuntiauit hereditati paternae vni fratri praesenti & recipienti intellige, scilicet cum consensu patris] acquiritur non solum illi fratri, in cuius tantum fauorem est renuntiatum, sed etiam alijs omnib. fratribus ipsius, & ibi refert Dyn. ita consuluisse, & eum sequutum Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de testib. §. 1. in addit. que incipit, de praecedentis, in fine illius additionis, sequitur etiam Roder. Suar. in repet. l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam. in 4. limit. l. Regia, nu. 3. ff. l. 149. & seq. ea ratione, quia quoties vnus ex his, quibus successio defertur, vel per mediam personam alterius per repudiationem excluditur a iure petendi, eius portio defertur alijs iure accrescendi, aliquando volentibus, & aliquando inuitis, vt in l. 3. §. vt bonorum, cum trib. legib. sequentibus, ff. de acquir. hered. & in l. vnic. C. quando non pet. part. & in l. vnic. §. his ita, C. de caduc. tollend. vnde ita videbatur dicendum in nostro casu, & suprad. opinionem Bald. tenet etiam plures allegans Boer. decis. 84. n. 3.

Sed non obstat haec opinio & doctrina supradicta meae supradict. sententiae, quia fundamentum Roder. Suar. clare loquitur & procedit, quando repudiatio vel renuntiatio nulli fit, sed tantum simpliciter fit, non explicito nec declarato cui fiat, quia hoc casu merito, quod omnibus fratribus accrescat: ar vero quoties renuntiatio fit, fauore vnus, vel duorum fratrum, pluriumve cum consensu patris, iam isthaec ratio & fundamentum cessat, quia renuntians, expresse voluit illi, vel illis tantum acquiri, non vero omnibus quia si aliud vellent, expresse repudiando, vel renuntians simpliciter, vel expresse in fauore omnium: Vnde cum hoc non fecerit, sed imo in fauorem vnus, vel duorum renuntiauerit, si haec renuntiatio extenderetur in fauorem ceterorum fratrum, quib. non est renuntiatum, esset contra voluntatem renuntians, & jus accrescendi procedit ex tacita quadam defuncti voluntate, & non con-

tra eam, juxta communem resolutionem per nos traditam l. vnic. C. quand. non peten. part. etc.

8 Præterea t. & secundo respondeo ad dictam Baldi doctrinam & sequacium, quod procedit, præterquam si appareat prescriptio donationis collatæ in illo fratre recipiente dictam renuntiationem, quia tunc illi soli queritur, ut in l. adibus, vers. veluti ff. de donat. & in l. si actionem. C. de pact. ita seipsum declarat idemmet Baldi sui, & Roder. Suar. in d. s. limitat. n. 1. Sed hoc satis apparet, quando renuntiatio fit in fauore vnus fratris cum consensu patris, & repudiata hereditas simpliciter, non expresso in cuius fauorem. Et ita ipse tenerem & iudicarem si casus accideret.

9 Sed t. ad tollendum omne dubium & vt magis consulatur ei vel his, in quorum fauorem renuntiatum est alijs fratrib. prætermittis, oportet, quod hoc exprimat in renuntiatione, vt illi vel illis solis acquiratur, cui vel quibus renuntiat. Nam voluntas renuntiantis ea est, vt donatio fiat ei vel eis tantum, nõ vero alijs vel alijs suis fratribus. Et ita erit res explicata & sine dubio. Vnde consulo vt hoc fiat & apponatur in huiusmodi renuntiationibus verba supradicta, vt nullus remaneat serupulus, licet reuera, si omittantur, tenendum est valere renuntiationem, & acquiri tantum his, quibus est renuntiatum, pro vt voluit renuntians per supradicta.

10 Ex t. omnibus suprad. in hac illatione subinfertur primo, quod filius in cuius fauorem est renuntiatum ab alio fratre vel fratribus, habebit illam portionem vltra meliorationem tertij & quinti, quam melior potest pater facere in illum filium, nõ obstante, quod prædict. filius habeat iam vltra suam legitimam prædict. partem, sibi a fratre renuntiatam: Quod est vtile & singulare pro declaratione legis fori & aliarum legum huius Regni, quæ prohibent filio posse relinquere vltra legitimam & tertium & quintum, aliquid aliud: Nam portionem sine partem a fratre sibi renuntiatam cum consensu patris, bene poterit habere vltra suam legitimam & meliorationem tertij & quinti. Nec hæc declaratio contradicit dict. legib. quia illæ loquuntur & procedunt in parte vel matre & ceteris ascendentibus, vt ipsi minime quidem possint in præiudicium aliorum filiorum vel nepotum, alteri filio vel nepoti plus quam tertium & quintum meliorationis relinquere vltra legitimam. At in nostro casu pater nihil plus relinquit, sed alter filius partem suam legitimam, quæ ad se pertinebat ex eisdem legib. in cuius præiudicium pater t. iure comuni quam Regio non poterat aliquid disponere, renuntiat eam cum iuramento & cum consensu patris in illum fratrem, cui, nec patri consentienti fit iniuria, nec ceteris fratribus, quandoquidem ipsi nihil in legitima renuntiantis habebant, & ita inuenio, quod in expressis terminis, licet sic non declarat, tenet Ant. Gom. in l. 22. Taur. n. 31. vbi refert hoc idem tenentem Roder. Suar.

11 Secundo t. subinfertur idem esse, si filius, vel filia cum consensu patris renuntiant legitimam hereditatem eiusdem patris, & etiam matris, sibi deferendam in ipsamet patrem, hoc addito, vt ipse pater possit libere de præd. sua hereditate & legitima disponere, relinquendo eam vni, vel duobus ex fratrib. suis, filijs eiusdem patris, quib. voluerit, & in suprad. parte & legitima possit ei, vel eis melioratione facere vltra legitimam sibi in bonis eiusdem patris debitam, id est & vltra tertium & quintum bonorum ipsius patris, de quo in filios,

vel nepotes per leges Regias potest facere meliorationem, ita quod ceteris filijs non teneatur aliquid relinquere de prædicta parte legitima patri renuntiatæ: Nam huiusmodi renuntiatione ita copiose & distincte facta, crederem profecto, posse patrem disponere de legitima in se renuntiatæ, in filium, vel filios, quos voluerit, vltra tertium & quintum suorum bonorum, nõ obstantibus dictis legib. Regijs disponentibus, omnia bona parentum esse legitimam filiorum, excepto quinto, de quo potest pro anima sua & in extraneos disponere, & tertio, in quo potest filios vel nepotes meliorare. Nam hæc leges Regiæ, vt supra dictum est, loquuntur & procedunt in bonis ipsius patris, at vero nos loquimur in legitima alterius filij, quæ fuit in partem renuntiatæ, his facultatib. vt pater possit disponere de ea, vt supra dictum est. Hæc enim legitima filij, debita sibi post mortem patris, non est bona ipsius patris libera, si filius superuivuit patri, nec pater aliquid in ea habet, licet procedat ex bonis suis, quia necessario tenetur filio relinquere prædictam legitimam sine onere & conditione, & ita sicut bona ipsius filij, de quibus potest libere disponere, quia t. tempore, quo sortitur effectum hæc renuntiatio ( hoc est, post mortem patris ) cum pater sit mortuus, poterat de illis bonis filius libere disponere. Ergo & in vita patris id poterit cum consensu ipsius patris, quoad quid refertur ipsa renuntiatio in suo effectu ad tempus mortis patris, & statim eo mortuo incipit operari suum effectum, & sic potest filius tempore traditionis rei sue, vel proprius, quæ sua futura est ( hoc est ) tempore renuntiationis adijcere quecumq; onera & facultates voluerit, argu. l. in traditionibus. ff. de pact. cũ similib. & ideo pater, in quem est renuntiatæ hæc legitima, facultate suprad. sibi concessa vt possit libere de ea disponere relinquendo vni vel duob. ex filijs suis vltra tertij & quinti suorum bonorum meliorationem, poterit vti hac facultate, quia d. legitima non fuit sibi acquisita simpliciter & libere ad hoc, vt ceteri filij t. aqua de alijs bonis patris possint potere in ea partem suam, sed cum illa facultate, quæ quidæ facultas respectu & in fauorem filiorum, quibus fit, eiusdem legitimæ melioratio per patrem videtur conditio, vnde ceteri filij non poterunt se conqueri de hoc, neque aliquid de præd. legitima petere.

Fateor tamen, t. quod si filius, vel filia simpliciter renuntiaret dictam suam legitimam in patrem, non data nec concessa sibi facultate supradicta, quod tunc tanquam in bonis patris ei acquisitis, sicut in alijs bonis eiusdem patris, omnes filij habebunt æquale jus, neq; pater poterit de illa disponere vltra tertium & quintum, & idem iudicabitur de hac legitima, renuntiatæ simpliciter tunc temporis, quod de ceteris bonis ipsius patris nam ille filius, qui in eum præd. modo renuntiauit, haberet pro mortuo, ac per consequens ceteris filijs accresceret jus illud pro portionibus hereditarijs sibi deferendis.

Item etiam t. supradicta ampliatur, quod sicut filius renuntians in patrem legitimam sibi competituram in bonis ipsius patris, potest apponere dictam facultatem & libertatem patri, ita etiam poterit apponere grauamina, & fideicommissa, & sãmissiones, & prohibitionem alienationis, tandem majoratum in forma facere & constituere, non solũ quando renuntiat patri, sed etiam quando renuntiat fratribus, vel etiam si non apponat hæc onera & grauamina, poterit concedere facultatem patri, vel fratribus, in quorum fauorem renuntiat, vt ea apponant & faciant: itaq; poterit vti facultate concessa parentibus in casu l. 27. Tauri, quæ hodie ponitur in l. 1. tit. 6. lib. 5. Nona Recop. Reg. meliorantibus filios suos in tertio bonorum suorum: Nam huiusmodi filius vel filia renuntians poterit in tota

tota sua legitima hoc facere, per ea, quæ suprad. sunt, cũ nõ habeat descendentes nec ascendentes legitimos, quib. aliquid iure teneatur relinquere, sed possit relinquere prædictam suam legitimam sibi competituram in bonis patris post ipsius mortem cuilibet extraneo, cũ consensu tam patris, vel eius, de cuius hereditate tractatur, ne alias detur votũ captandæ mortis, vt in d. l. si. C. de pact. quia licet habeat patrem tempore renuntiationis, intelligitur tamen, quod pater debet præmori, alias nihil valebit renuntiatio, vt infra dicitur.

14 Vnde infertur t. limitatio ad omnia suprad. in hoc articulo, scilicet, quod si hic filius, vel filia renuntias haberet matrẽ, vel alios ascendentes, vel descendentes legitimos, vel aliquem eorum, tempore, quo præd. renuntiatio sortitur effectum, hoc est, tempore mortis eius, cuius hereditas renuntiat, & ipse renuntians decedat in vita prædictorum suorum ascendentium, vel descendentium, vel cuilibet eorum, supradicta omnia hoc casu non procederent, nec valet renuntiatio in præiudicium ipsorum, quia eis tenetur relinquere legitimam, juxta dispositionem legum huius Regni, scilicet, descendentes omnia bona, excepto tertio & quinto, & tunc de illo tertio debet disponere inter dictos suos descendentes, vt in d. l. 1. tit. 6. lib. 5. Nona Recop. & ascendentes, excepto tertio, de quo potest libere disponere, & de quinto etiam, quando habet descendentes legitimos, vt disponit iura huius Regni. Sed si tempore renuntiationis non habet descendentes, postea tamen ei nascantur, an suprad. procedant videndum est super gl. si huius c. quævis pactum, & ibi late tractabitur, quare superiora omnia maxime sunt notanda, quia quotidie in practica contingunt, & ea nõ inuenio sic declarata per Dd. nostros Hispanos nec per alios. Relinquo tamen cogitandum super his, quæ dicta sunt in hac secunda sublimitatione, vt deliberationi locus sit melius sentientibus & intelligentibus, meo tamen iudicio supradicta vera sunt, & optimis constant & probantur rationibus.

15 Major autem t. dubitatio est & versatur: An dicta suprad. in c. 2. proximus sublimitationibus, procedant etiam, quando filius vel filia condit. testam. de bonis sibi iam questis ex successione patris defunctæ, vel alterius, vel alio quocumque titulo an pater possit in præiudicium ceterorum filiorum concedere filio vel filia testantibus facultatem & licentiam testamentum condendi & relinquendi prædict. bona, sibi iam questis quibusdam ex filijs, eiusdemque fratribus testandis ceteris fratribus præteritis & permittis, vel etiam extraneis, quibus voluerit filius vel filia testans: Item An ipsi filij testantes de licentia patris possint relinquere prædicta sua bona ipsinet patri cum supradicta facultate, vt possit pater de eis libere disponere in fauorem vnus, vel duorum, pluriumve fratrum, eorumdemque patris filiorum, ceteris filijs, præteritis vltra tertium & quintum bonorum patris, de quibus tertio & quinto ipse alias poterat disponere ita vt in his casibus, ceteri filij, quibus nihil relinquitur ex his bonis, non possint se conqueri de suo patre, dicentes, non potuisse patrem in præiudicium sui ipsorum dictam licentiam concessisse, nec facultate supradicta per filium sibi concessa vti, sed quod tenebatur omnibus suis filijs equaliter relinquere tanquã bona ipsius patris, sibi acquisita excepto tertio & quinto ipsorum bonorum, in quibus licitum est sibi per leges Regias, meliorare vel filium vel nepotem, vnum, vel plures, quos voluerit. Certe grãdis, pulchra & optima dubitatio est, quia nos loquimur sumus supra in renuntiatione, quæ fit per viam contractus, & in eo casu præsupponitur prius decedendum fore patrem quam filium vel filiam renuntiantem, vnde cum filius vel filia renuntians superuivuit patri, pater ipse nihil habere potest in illa legitima filij renuntiantis, ita vt ex ea tanquã de bonis patris possint ceteri filij aliquid petere, ne-

que ipse filius renuntians teneatur patri relinquere supradicto casu, cum ipse pater prædecesserit, & ipse filius renuntiat, quod habiturus est ex patris ipsius bonis post mortem ipsius patris. At vero nostra præsens quæstio est & loquitur in testamento, quod facit filius de bonis sibi iam questis, concedente patre licentiam & facultatem filio testandi, pro vt voluerit, etiam in sui præiudicium, hoc est, partis legitimæ sibi debite, quo casu præsupponitur filium vel filiam testantem prius decessurum, quam patrem ipsius, quo etiam casu pater habet suam legitimam in bonis filij, & ita sibi debetur sicut debetur filijs in bonis parentum, vt in l. nam & si parentib. ff. de inoff. testam. & in l. scripto ff. und. lib. & de iure Regio erat olim l. 6. Taur. hodie est l. 1. tit. 8. lib. 5. Recop. Nona legum huius Regni, vbi præcipitur & declaratur, omnia bona filiorum decedentium absque filijs, vel descendentes alijs legitimis esse legitimam ascendentium, excepto tertio, de quo potest filius libere disponere: Vnde cum pater in hac secunda præsentis quæstione renuntiet & cedat iuri sibi quærendo, videtur præiudicare in eo ceteris filijs, & per consequens, quod hoc non possit facere, quid dicendum?

Et licet quæstio hæc extra terminos nostræ materiæ aliquantulum videatur, tamen, quia aliquo modo ei concinere videtur, & quia subtilis & quotidiana in practica est, eam hic examinare & decidere libuit pro viribus meis renubus licet.

Et primo quidem videtur, non valere huiusmodi licentiam & facultatem in præiudicium ceterorum filiorum, imo quod ea non obstante, & non obstante etiam testamento filij, qui testatus est cum licentia patris, & defunctus est in vita ipsius, ceteri filij habeant integram & æqualem portionem cum alijs fratribus in legitima, quæ ex bonis filij defuncti pertinebat patri, præterquam respectu tertij & quinti, in quibus pater poterat meliorare quemcumque, vel quoscunque vellet filiorum, vel nepotum ex permissione legum Regni, quia pater, in cuius fauorem filius testatus est concedendo ei prædictam facultatem, non potuit præiudicare filijs in illa legitima sibi debita in bonis filij præcedentis plus quam in tertio & quinto.

Ex his, t. quæ tradit Couar. in c. Raynaldus, s. 2. n. 4. de 16 test. vbi dicit, quod filius non potest consentire grauamini in sua legitima appposito in præiudicium liberorum, & quod eius consensus reuocabitur ab eius filijs, ex titulo inofficiosa donationis, vel ex ratione l. si unquam, C. de reuoc. donat. Si quidem inofficiosa renuntiatio aut remissio reuocatur tanquam inofficiosa donatio, ex traditione Doctorum per eum ibi relatorum, subdens, quod quamvis hic consensus respiciat jus quærendum, quod minime est consideratione dignum ex remissionibus ibi allegatis per eum, tamen attenda Doctorum dubitatione, an filius possit grauamini adjecto in legitima consentire, præd. modo temperabitur, vt in præiudicium liberorum nõ valeat prædictus consensus, & inquit idẽ esse in consensu adhibito ad exheredationem. Hactenus ille: Ergo idem erit in legitima debita ascendentes, quandoquidem equiparantur tam iure communi, quam Regio, quantum ad hoc, vt debeantur, vt ita etiam pater nõ possit consentire in grauamẽ in præiudicium filiorum, qui nõ participat de illa, ac per consequens nõ possit dictam licentiam & facultatem concedere, vel ipse testari de legitima sibi debita in bonis filij, dando vni filiorum amplius, quam alteri vltra tertium & quintum.

Secundo t. pro hac opinione facit doctrina Petri de Ancharan. cons. 101. vbi tenet, quod filius non potest renuntiare suam legitimam in præiudicium creditorum, sed sic est, quod filius est creditor, vel saltem